



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm**

**Vinitor, Gerlacus**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

VIII. De absolute facienda post Missam Defunctorum in die Depositionis  
& Anniuersario.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9459**

*Rubr. gener.* 22. Si distribuendæ sunt candelæ, distribuatur post Epistolam, & accendantur ad Evangelium, ad elevationem SS. Sacramenti & post Missam dum fit absolutio.

*Cavem. Epif. lib. 2. c. 11.* 23. Si habendus est sermo in laudem Defuncti pro quo Missa Celebrata est, tunc Missa finita, ante absolutionem accedet Sermocinator, at-

*Cavem. Epif. lib. 2. c. 11.* que facta oratione ante medium Altaris à nullo perita benedictione ascendet pulpitem panno nigro coopertum, ubi signans se signo crucis, facit sermonem.

## TITVLVS VIII.

*De absolutione facienda post Missam Defunctorum in die Depositionis & Anniversario.*

1. **F**inito Evangelio Sancti Ioannis, Celebrans cum Ministris factis accedit ad cornu Epistolæ, facta debita reuerentia in medio, descendit in planum, ubi deponit planetam & manipulum, sicut & ministri deponunt suos in loco congruo, & interim aliquis ex Acolythis adfert Pluuiiale nigrum ad Celebrantem, quo statim induitur adiutus à Diacono, & Thuriferarius accipit thuribulum, & alter Acolythus vas aquæ benedictæ cum aspersorio & Rituali. Subdiaconus verò accipit Crucem Processionalem & medius inter duos Ceroferarios candelabra cum cereis accensis deferentes eam defert ad medium altaris sine vlla reuerentia; Deinde ordinatur Processio ad lecticam hoc modo.

*Rubr. gener.* 2. Præcedit thuriferarius habens à sinistris-  
*Miss. tit. 13.* lium Acolythem vas aquæ benedictæ portantem eum

eam aspersorio: mox sequitur Subdiaconus cum Cruce (cuius imago thuriferarium respicere debet) medius inter duos Ceroferarios. Postea Ceremoniarius, si adsit, cum Clerus ordine suo, & denique Celebrans cum Diacono à sinistris.

3. Cum peruenerint ad lecticam, Thuriferarius, & socius eius firmant se prope illam, versus partem Epistolæ, expectantes Celebrantem. Subdiaconus autem cum Ceroferarijs ulterius procedit per partem suam dextram, id est, per partem Euangelij ad pedes Lecticæ, in medio eius se collocat. Clerus circumstat lecticam, ita ut iuniores stent prope Crucem, seniores prope Celebrantem. Celebrans sistit se nudo capite ad caput lecticæ, ita ut ipse Celebrans sit inter altare, & prædictam Lecticam tantillum à parte Epistolæ, (ne directè tergum vertat cruci quæ est in medio altaris) respiciens Crucem Subdiaconi & non cornu Lecticæ. Diaconus verò stat à sinistris Celebrantis aliquantulum post eum & post eos thuriferarius & minister de vase aquæ benedictæ à sinistris: ita ut thuriferarius sit quasi post Celebrantem, alter post Diaconum.

4. Tum ibi, & non prius à Clero circumstante cantatur Responsorium *Libera me Domine de morte aeterna, &c.* Cantore seu Cantoribus incipientibus. Circa finem responsorij accedunt Diaconus & Thuriferarius ad dextram Celebrantis, & Celebrans ponit incensum in thuribulum dicēs, *Ab illo benedicaris, &c.* illudque benedicit more solito ministrante Diacono Nauculam cum Cochleari siue osculis. Quo facto redeunt ad loca sua cum debitis reuerentijs.

5. finito Responsorio, Cantor cum primo Choro dicit *Kyrie eleyson*, & secundus Chorus respondet *Christe eleyson*. Deinde omnes simul dicunt *Kyrie eleyson*. Mox celebrans dicit intelligibili

Carem. Epif. lib. 2. c. 220

Tit. VIII.  
la, distribuat  
tur ad Euange  
nti & post Mis  
  
idem Defuncti  
e Missa finita,  
ocinator, ac  
Altaris à nullo  
ipitum panno  
gno crucis, se  
  
II.  
am Defuncto-  
Anni-  
  
is, Celebrant  
d cornu Epi-  
medio, des-  
etam & ma-  
t suos in loco  
lythis adfer-  
quo statim  
riferarius ac-  
s vas aquæ  
ali. Subdia-  
tionalem &  
delabra cum  
ad medium  
de ordinarur  
  
s à sinistris-  
æ portantem  
eum

voce *Pater noster* & *Secretò* proseguendo reliqua, accipit aspersorium de manu Diaconi, & factâ altari reuerentiâ, comite Diacono à dextris & simbriam anteriorem pluuialis eleuante, procedens per latus suum dexterum, & circumiens lecticam, aspergit illam ter à parte dextra, & ter à sinistra, non verò caput & pedes, sed laterales partes tantum. Cum transit ante Crucem Processionalem profundè se inclinât, Diaconus verò genuflectit, Postquàm Celebrans ad locum suum redierit reddito ibi aspersorio Diacono, accipit ab eodem thuribulum, & similiter circumiens eodem modo quo asperferat incensât, ter nimirum ab vtraque laterali parte lecticam. Tantiùm duo prædicti Acolythi Diacono tunc ministrant quæ sunt necessaria non discedentes à locis suis. Cæremoniarius potest in vtroque circuitu Celebrantem præcedere Cruci genuflectente, vti decet.

6. Post incensationem, Celebrans reddito thuribulo Diacono, debitam facit altari reuerentiam, & stans, vt prius, versâ facie ad Crucem subdiaconi, & eodem Diacono tenente librum ante eum apertum, dicit iunctis manibus.

*Vers.* Et ne nos inducas in tentationem.

*Resp.* Sed libera nos à malo.

*Vers.* A porta inferi.

*Resp.* Erue Domine animam eius.

*Vers.* Requiescat in pace.

*Resp.* Amen.

*Vers.* Domine exaudi orationem meam.

*Resp.* Et clamor meus ad te veniat.

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

Oremus.

Absolve, quaesumus Domine, animam famuli tui N. ab omni vinculo delictorum: ut in resurrectionis gloria, inter Sanctos & electos tuos resuscitatus respiret. Per Christum Dominum nostrum.

Resp. Amen.

Deinde Celebrans faciens Crucem manu dextrâ super tumulum dicit.

Vers. Requiem eternam dona ei Domine.

R sp. Et Lux perpetua luceat ei.

Et dicto per Cantores *Requiescant in pace & Resp. Amen* præcedente cruce redit cum alijs prout renarat ad Sacristiam: si officium fiat pro pluribus defunctis oratio & versus dicuntur in numero plurali, atque si defunctus fuerit Sacerdos vel Episcopus, in oratione exprimitur nomen dignitatis.

7. Præsenti corpore defuncti, Subdiaconus cum cruce medius inter Ceroferos collocabit se apud feretrum ad caput Defuncti (qui si fuerit Sacerdos ponendus est capite versus Altare, alij verò non Sacerdotes ponuntur pedibus versus Altare) Celebrans autem, cum Diacono & alijs, ministris sistet se ad pedes Defuncti, & ante dicit Orationem, sequentem in tono lectionis.

Rit. Rom. ii. de exequijs.

Pontif. Rom iii. de absolutione.

Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia nullus apud te iustificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eum, quaesumus, tua iudicialis sententia premat, quem tibi vera supplicatio fidei Christianæ commendat: sed gratia tua illi succurrente, mereatur evadere iudicium ultionu, qui dum viueret insignitus est signaculo Sanctæ Trinitatis, qui vivis & regnas in secula seculorum, Resp. Amen.

N 3

Deinde

Tit. VIII.

sequendo reli-  
Diaconi, &  
ono à dextris  
leuante, pro-  
& circumiens  
extra, & ter  
sed laterales  
icem Proce-  
aconus verò  
locum suum  
ono, accipit  
r circumiens  
at, ter nimi-  
icam. Tan-  
tunc mini-  
dentes à lo-  
troque cir-  
ici genuit.

reddito th-  
ari reueren-  
ad Crucem  
ente librum  
ibus.

mem.

neam.

Oremus.

Deinde Cantore incipiente Clerus circumstantans cantat sequens Responsorium.

*Libera me Domine, &c.* & versus ut supra, Orationem vero sequentem.

*Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere, te supplices exoramus pro anima famuli tui N. quam hodie de hoc seculo migrare iussisti, ne non tradas eam in manus inimici, neque oblitiscaris in finem, sed iubeas eam à Sanctis Angelis suscipi, & ad patriam Paradisi perducì, ut qui in te speravit & credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia sempiterna possideat per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.*

Et alia dicuntur & observantur pro ut in Rituali Romano ubi etiam præscribuntur Preces seu suffragia dicenda quando corpus Defuncti deferretur ad Ecclesiam & post ingressum in eam.

3. Si vero non adsit feretrum aut tumulus seu lectica mortuorum ad quam eundem sic, Sacerdos dicto *Placeat tibi, &c.* accedens ad cornu Epistolæ Altaris, deposita ibi planeta & manipulo, accipiet pluviatè ut supra, & stans ibidem versus Altare expectabit finem Responsorij Acolythi seu alijs interim extendentibus ante infimum gradum Altaris pannum nigrum & circa finem Responsorij ipse imponet thus in thuribulum, ut supra, quod aliquis Acolythus tenebit ibi iuxta cornu Altaris & alius vas aquæ benedictæ cum aspersorio: Celebrans dicto per Chorum ultimo *Kyrie eleyson*, stans adhuc in dicto cornu versus Altare dicet ut supra *Pater noster* quod secretò proseguendo accedet ad medium Altaris, & versus ad dictum pannum ministrante Diacono Aspersoriū & thuribulū ter aspergit & thurificat super eundem pannum; deinde reuersus ad cornu

*Cerem. Episc.  
lib. 2. cap. 11.*

Episto.

Epistolæ ex libro super illud posito dicet *Et nos, &c.* & reliqua vt supra, & dicto per Cantores *Requiescant in pace*, accedens ad cornu Euangelij, & signans Altare ac seipsum dicet Euangelium S. Ioannis, quo finito: cum debitis reuerentijs medijs inter Diaconum & Subdiaconum præcedentibus Acolythis redibit ad Sacristiam.

ANNOTATIONES IN MISSAM Solemnem pro Defunctis & absolutionem post eandem.

§. 1. In Missis Defunctorum omittuntur omnia *Carems. Episc.* oscula tam manus Celebrantis, quàm rei quæ tra- *lib. 2. c. 51.* ditur.

§. 2. Cùm in Missis Defunctorum dicuntur Oratio- *Carems. Episc.* nes, tam ante Epistolam quàm post Communionem *lib. 2. c. 51.* omnes genuflectunt, præter Celebrantem Diaconum & Subdiaconum, ac etiam Presbyterum assistentem, si adsit.

§. 3. Epistola & Euangelium non cantantur in Ambone, sed in Presbyterio, in loco conuenienti.

§. 4. Celebrans finitâ Missâ si sermo habendus, ante eundem accipit pluuiale, & sedens in eodem auscultat sermonem, pluuiali autem deficiente manet in Alba & stola in modum crucis ante pectus; Diaconus & Subdiaconus quoque deponant Manipulum, sicut & Celebrans vt in simili casu *Cæ. Episc.* tradit *lib. 2. cap. 17.* *Gauantes 7 part. 2. tit. 13. n. 4 Litt. 5. & seq.*

§. 5. Dum Subdiaconus defert Crucem deferat sicut in processionibus, id est ita vt imago Crucifixi tergavertat eidem Subdiacono, & Clero sequenti.

§. 6. Thuriferarius & alter Acolythus, qui defert aquam benedictam, præcedunt Crucem, & alios Acolythos deferentes candelabra.

§. 7. Thus, & aqua benedicta in exequijs sunt correlatiua, sed thuris benedictio fit hoc loco more solito dicendo *Ab illo benedicere, &c.*

§. 8. Dum descendit Celebrans de Altari habeat biretum in capite, deinde capite detecto se sicut inter Altare & tumulum, seu Lecticam mortuorum, absente Corpore, subdiaconus contra Altare, id est facie versâ ad Altare; ad pedes Lecticæ seu tumuli, præsentem

verò corpore seruetur Rituale Romanum de exequiis pro vario defunctorum situ. Non enim ad caput Lecticæ imaginariū defuncti se sistit Celebrans, sed ad verum caput. Ergo in Sacerdotum funere, præsentē corpore variatur situs Celebrantis, & Subdiaconi.

§. 9. Dum fit absolutio, si cleuetur Sacramentum in aliquo Altari neque Celebrans neque Ministri genuflectant, ne Sacra interrupta actio & rectius fieret, si in eâ eleuatione pulsatio campanulæ omittatur à ministro.

§. 10. Caueat etiam Sacerdos in absoluteione, ne directè terga vertat Sacramento, idcirco sedeat à medio aliquantulum versus cornu Epistolæ.

*Ganantius  
Part. 2. Tit.  
n. 4. lit. O.*

§. 11. Dicit Celebrans Orationes in absoluteione manibus iunctis extra Missam enim semper omnes orationes manibus iunctis dicendæ: quia ille ritus extendendi manus est Missarum tantum proprius.

§. 12. Celebrans sumpto Pluiali in cornu Epistolæ, accedit ad medium Capellæ seu Presbyterij in plano, ibique facta cum omnibus alijs præter Subdiaconum tamen & Ceroferarios Altari debita reuerentia, procedunt omnes ad Lecticam.

§. 13. In exequijs Celebrans semper stat ad pedes corporis Defuncti, quicumque ille sit, & Subdiaconus ad caput.

§. 14. Ad Absoluteionem pro Defunctis in fine Missæ ubi non adsunt Ministri sacri, saltem quatuor ministri adsint, duo scilicet Ceroferarij cum candelabris, tertius cum Cruce, quartus cum thuribulo, & nauicula, & Clericus ille qui ministravit ad Missam, vas aquæ benedictæ deferet, cum Rituali; & ministrare debet Nauiculam Celebranti, ac si gereret vices Diaconi. Si tamen tot non possunt adesse ministri, omitantur Ceroferarij: & Acolythus de vase aquæ benedictæ assistet Celebranti, dum aspergit tumulum, & Thuriferarius, dum thurificat Lecticam. Ille verò librum tenet ante Celebrantem dum legit Orationes.

\* \* \*